

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Capvt IX. Jejunium satisfactio pro peccatis , expiationis sacrificium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

vestras, si manentes permaneritis in jejuniis & orationibus, in conspectu Domini. Iejunium piorum exercitiorum omnium adjumentum maximum, præcipue orationis. Oranti & cum eleemosynarum largitate jejunant panditur cælum, gratulantur Superi, annuit Deus.

Petr. Chrys.
fol. 4r. 41.
42. 43. mi.
bi pag. 110.
& seqq.

Petrus Chrysologus de Abstinentia ac Misericordia mixtura tam eruditæ ac pie, quam sapienter & venustè: Abstinentia, inquit, est hominis prima medicina, sed ad plenam curam misericordie requirit exp[er]tus. Iejuniorum singulari cultu evellit vicia, eradicat crimina, ad frumentos bonos agrum parat & mentis & corporis. Iejunium est sanctitatis hostia, sacrificium castitatis, sed sine Misericordia incenso non potest ad divinum conspectum in odorem suavitatis ascendere. Iejunium virtutum navis portat & exstremum vite, lucrum salutis advelet. Iejunium nobis aperit cælum, jejunium nos intronizat ad Deum; sed nisi tunc assuerit nobis Misericordia nostrarum patrona caussarum, qui de innocentia constare non possumus, de genia securi non erimus.

Vt autem probè noverimus ab Abstinentia & Misericordia orationem separari non posse, summeque necessarum esse jejuni, precum, & eleemosynarum

Oratiōne, jejuniū, misericordiā stat fides, cōfīcta devotio & manet virtus.

Oratiōne, jejuniū, misericordiā stat fides, cōfīcta devotio & manet virtus.

Pterius Chrysologus hēc addens: Tria sunt, inquit, tria fratres, per quæ fratres, confiat devozione, manei virtus: Oratio, Iejunium, Misericordia. Quod oratio pulsat, impetrat jejunitum, misericordia accipit. Oratio, misericordia, jejunium, sunt hec tria unum, dant hec sibi iniuciem vitam. Est namque orationis anima: jejunium: jejunii vita misericordia est. Hec nemo resindat: nesciunt separari. Horum qui unum habet, & simul illa non habet, nihil habet. Ergo qui orat, jejuneat, qui jejunaat, misereatur: audiat petentem, qui petens optat audiatur: auditum Dei aperit sibi, qui suum supplicanti non claudit auditum. Iejunium, jejunator intelligat, existentem sentiat, qui vult Deum sentire, quod esurit: misereatur qui misericordiam sibi petat: pierat qui querit, faciat: qui prestat sibi valeat, presteret. Improbis petitor est, qui, quod aliis negat, sibi postulat. Homo, se tibi misericordiae forma: sic quomodo vis, quantum vis, quam cito vis, misericordiam tibi fieri tam cito alii, tantum, taliter, ipse misereatur. Ergo oratio, misericordia, jejunium, sunt unum parviciuum pro nobis ad Deum, pro nobis hec advocatio sint una, una hec pro nobis oratio sit triformis. Hec sunt, fratres, hec sunt, que tenent celi arcem, que secretum Dei iudicis pulsant, que ante tribunal Christi cassas humani generis exequantur, que iniustorum petunt indulgentiam, rerum veniam promerentur. Hec cui in celestibus assistunt, ipse non subsilit in terris: hec cum teneant in celestibus principatum, in terris rerum summam moderantur; hec regunt prospera, hec adversa propellant, via extinguant ista, virtutes ista succendent, hec redunt casta corpora, corda pura, hec pacem membris, membris dant quietem, humanos ista sensus, scholam faciunt discipline: per hec in templum Dei pectora humana conseruant, hec hominem praestant Angelum, homini dei atque deferunt hec honorem. Hinc est, quod si bonus suffragio Moys[es] Deus, & ad triumphos suos misit sibi omni mandat elementa: jubet mare discedere, datur unda, profunda siccari, cœlum pluere, dat frumenta, ventos spargere cogit carnes, noctem splendore solis illustrat, solem nubis temperat veamento, petram percitat, ut de recenti vulnere frigida frumentibus detraheant, primus dat terræ legem cœli, scribit vitæ normam, fit terminos discipline. Per hec Elias nescit mortem, relinquit terras, celos intrat, commoratur Angelus, convivit Deo, & terrenus hostes supernas possident mansiones. Per ista Ioannes fit Angelus in carne, cœlestis in terra, & auditu, visu, tactu, totam solus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos fratres si volumus Mos glorie, Elii vite, Ioannis virtutibus, omnium Sanctorum meritis applicari, insistamus orationi, vacemus jejuno, misericordia serviamus: qui in his viveti, qui per ista fuerit communius, jacula peccati, diaboli tela, mundi machinas, viatorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos,

arma mortis, Christianus armiger, bellator Dominicus non ti- mebit. Mala tempora facit nobis contemptus Dei, temporum jejuniu[m] & cursus non facit. Quod ergo contemptu perdidimus, jejuniu[m] con- quiramus, animas nostras jejuniu[m] immolemus, quia nihil est nisi Deum: quod Deo præstantius offerre possumus, probante Propheta, cùm predicas dicit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor con- titutum & humiliatum Deus non spernit. Homo offer Deo animam tuam, & offer oblationem jejuniu[m], ut sit pura hostia, sacrificium sanctum, victimæ: victimæ, quæ & tibi maneat, & data sit Deo. Hoc qui non dederit Deo, excusatus non erit, quia se daturus, non potest se non habere. Sed accepta ut sint ista, misericordia subsequatur.

CAPVT IX.

Iejuniu[m] satisfactio pro peccatis, expiationis sacrificium.

B RUDENTIVS poëta Christianus ævo veteri scenario satis teretes de abstinentium jejuniis scripsit. Metri specimen damus:

Adeō casis, Christe, parsimoniis,
Iejuniorum dum litamus victimam:
Nil hoc profecto purum mysterio,
Quo fibra cordis expiatur lividi,
Intemperata quo dominantur viscera,
Hinc subjugatur luxus & turpis galæ,
Vini atque somni degener scordia,
Libido fordinis, inverecundus lepos,
Variisque pestes laugidorum sensuum
Percam subiecte disciplinam sentiunt.

Frenentur ergo corporum cupidines:
Dictorum ratione addens: Sicut aqua præfocatur noxis & ignis, inquit, & sic ad solem nix liquefit, sic noxas let. delet jejuniu[m], si blanda seniper misceatur largitas. Bona est oratio cum jejuno, & eleemosynæ. Ille profecto lymphas apportat extinguendo delictorum incendio, qui animum oratione, corpus jejuno, crumenam eleemosynæ purgat. Quantum piis exercitiis omnibus à jejuno accedit adjumenti, superiori dissertatione diximus. Meminisse hic oportet, nos etiamnum in parte primâ versari, & caussas, cur jejunandum sit, exponere. Prioribus allatis hanc quoque jungimus, Iejunium satisfactio pro peccatis: quod paello uberiori explicandum.

S. I.
Tarsensis Paulus suos ad tolerandum animans: sed 1. Tim. 6. sustinebimus, inquit, & conregnabimus. Hic forsitan Festus aliquis proconsul vociferetur: Quid dicit, Paul? 2. Tim. 1. insanis; multe te littera ad insanis convertunt. Num Christi cruciatis addendi sunt nostri? Num opusredemptions nostra non multo plenissimum fuit? Num Christus non satis tormentorum perullit? Quid dicit, Paul? 2. Tim. 1. insanis. Non insanis, optimè feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Si sustinebimus & conregnabimus. Et luceulentius scilicet explicans Paulus: Adimpleo, Colos. 1. Colos. 1. inquit, ea, que desum passum Christi in carne mea. Christus Servatoris manus multò quam perfectissime obi- 2. Tim. 1. vit; mors Christi, gazophylacium infiniti pretii & inexhaustum est. Nihilominus vult Servator amantis simus, ut ad gazophylacium istud mendicemus, & Elenchus 2. Tim. 1. quod inde nobis liberalissime donatur, in usum nostrum trahamus. Perinde si quis amicorum suorum non infimo trecentos donet philippes, cā tamen legge, ut eos ipsemet domum referat. Sed gravor, ait amicus, da servum, q[ui] portet. Cur nolim hoc, inquit iste, certe mihi causa sunt. Si argenteum hoc domum tuis mēbris ferre manibus detrectes, erit qui ferat promptissimum, que corpora Eccl. 12. patentes. Ita Christus tot dolorum patientissimus donat, & istamen compatimur, ut & conglorificemur, si adimplimus ea, dum nimis qua ratiōne Christi patiendo Christi patiētis ac crucifixi similes ac particeps fuisti. + Rom. cap. 8. v. 17.

quæ defens passionum Christi in carne nostrâ. Cpiola Christi Domini redemptio, copiosissima, sed in qui redimi volunt, iis qui compati non recusant, qui cupiunt sanari.

Appositè Bonaventura: Deus, inquit, spiritum curat, ut medius egrum corpus. Plurimè prima medici præceptio est. Abstineat aeger vino, omni genere pomi, his & his cibis. Altera: Vacuetur corpus, subtrahatur sanguis. Ita Christus principio: Vade, inquit, & jam amplius noli peccare. Ingemiscit ac dole de præteritis, abstine commissis. Sequitur venia seccio: Peccata tua eleemosynis redime; haec auræ vel argentea manufacta vena. Pecuniam alienam invasisti? restituere. Famam alienam rapuisti? restituere. Alia forsan nocumenta inculpisti? restituere, & compensa. Quia igitur peccatis liberaliter condonatis, ut omnes Theologi sentiunt, pœnae aliquid luendum restringat, abstinentia, jejuniis, & similibus piamentis haec pœnae commodissimum perfolvuntur. E sacris Bibiliis id clarum. Adulterii & homicidii peccatum liberalissime condonatum est regi Hebreo Davidi. Nathan pronuntiat: Dominus transfluit peccatum tuum, (venia delicto facta est) verum tamen filius, qui natu est tibi, morte morietur. Quid hoc ait, Nathan? si veniam faciat noxa, cur dependenda est pœna noxae debita? Christiani prophetae Theologi rem ita discernunt: Peccati culpam condonat Deus, non temporiam omnem pœnam, sed solum æternam. Quemadmodum & ipse rex David Absalon filio fraternalm cedem condonans: Revertatur, inquit, in domum suam, sed faciem meam non videat. Ita dimisit culpam, non omnem omnino pœnam. Duo haec Culpa & Pœna in peccatis omnibus, velut duo vermiculi in porno delitescunt. Condonata culpâ non pariter condonatur pœna. Hinc satisfactio à Deo de omni etiam levi noxa exigitur: nam & capillus suam umbram habet. Ad satisfactiōem istam & pœnam expendendam res opportunitissima pro rorsus Abstinencia & Iejunium. Hunc vulneri hoc malagma convenienter sum, huic veneno hoc antidotum adversar probatissimum.

Peccata quidem, & omnis generis noxae, seu noxarum pœnae precibus & eleemosynis averuntur, maxime tamen jejuniū. Quod Aquinas Theologus affirmat docens: Cum ejunium, inquit, ad culparum deletionem & cohibitionem, & ad mentis in spiritualia elevacionem valeat, &c. Iejunium præcipiè voluntarium nullâ legi imperatur pro delictis satisfacit. Hinc non eruditè dicitur: Voluntaria vel unius vesperæ inedia plus noxarum tollit, quam pœnae gravissimæ in orbe altero. Hebreus Psaltes scipsum hoc nomine solatus: Voluntarie, inquit, sacrificabo tibi: non ignarus victimas hasce voluntaries tibi esse gratissimas.

Fit nonnumquam, ut homo minimè frugis sic ære alieno se involvat, ut dénum solvendo non sit: adfunt creditores, & involant bona, supellecitem foro Tertario vendendam ejicunt, si quid certiorum est, partitum, & (veteri verbo) secant. Aliquid accipiunt singuli, sed exiguum, neutiquam satisfit singulis. Quod si debitor ad rem suisplet attentior, potiusque ipse paulatim & quotidiana, tametsi valde modica, solutione suis fele nominibus suaviter expedire. Noluit, neglexit: habeat dannum, quod amavit.

Dum in orbe degimus, nova quotidie nomina contrahimus, nisi ea novis quotidie industrias expungamus, in labyrinthum horribilem incidemus, opprimemur aere alieno, denique solvendo non erimus. Si modò in rem nostram velimus sapere, debita multa jejuniis paucis valemus solvere. At nos hæremus, differimus, trepidamus, denique nolumus. Creditor suo tempore nil dissimulabit, & vel obolum, vel novissimum quadrantem exiget.

Cum ergo Deum tripliciter offendamus: Aut ho-

A noris ambitu, elatione, fastu, superbia; aut pecunia amore, avaritia, profusione, injuria; aut carnis cupiditate, intemperantiâ, libidine, luxuria: Primo quidem superbiae malo medetur oratio: Alteri, pia liberalitas & eleemosyna: Tertio, aptissima medicina est jejuniū: quod duobus prioribus hoc nomine praestans, & eleemosynis solos loculos aliquantulum emaciatur; at vero syna metrò, jejunare corpus ipsum exercet & affigit, vix quidem suavitatis habet: hinc orare & eleemosynas erogare malumus quam inediā tolerare. Sed certe pharmacum præ ceteris omnibus convenientissimum est jejunium, quod noxas eluit & abolet felicissime, cum valetudinis grandi emolumento. At nos homines delicati & cuticulae nimium amantes austriuscum hoc remedium sane pueriliter horretus.

g. II.

Quod si Deus homini chatissimo faciat eligendi potestatem, malitie die uno cibis abstineret, aut unico pariter die in rogo inter ambientem ignem ardere: an non homo iste sublati celo manibus claret: Mi amantisime Domine, vel in illies iterumque plus pœmillies malo jejunare, quam horam unicam facere in natu uniflammis. Atqui superius diximus, unico jejunio præco fertim voluntario plus pœnam tolli, quam pluribus tollitur, diebus inferno temporali. Temporalem voco infernum quam pluribus miseris & calamitatibus accensum & conflatum velut balneum.

Patibulum nonnumquam aut supplicii locus ibi statuit, ubi homicidium, deprædatio, latrocinium est commissum. Ita Deus cum satanâ egit. Immortalitatem ille nobis abstulit ad arborem: eadem illi deinde extorta & nobis restituta est ad arborem. Sic Pharao, qui Hebreos infantes aquis mersos suffocarat, & ipse eum omni exercitu meritus aquis suffocatus est.

C Sic Aman Mardochao crux præaltam exercebat, in eamdem ipsem ete sublimè hoc ædificium scapo decoravit. Ita pro rorsus, cum plurima & gravissima peccata carnis nequitia committat, æquisimum omnino est, ut quod caro peccat, caro luet. Credibile est nullo peccati genere tam varie, tam frequenter ac numerose delinqui, atque carnis effimi temeritate, præcipue gulâ & libidine; congruum igitur & necessarium est, ut quod caro intemperantiâ & lascivitâ patrat, id abstinentia & jejuniis expiat. Sit pœnitentia modus ad delicti rationem. Si caro deliravit, plectatur potius caro, quam spiritus aut crux.

In hoc sententiam eruditè Gregorius: Qui à parta Greg. bo. 16. disi gaudiis, inquit, per cibum cecidimus, laborare debemus, in quanum possimus ut per abstinentiam resurgamus. Caro leta in Euang. traxit ad culpam, afficta redit ad veniam. Possemus jejunium iam superedere, si jejunare voluisse in paradiſo. Eam ob causam Gregorius Nazianzenus: Iejun. Quænamus, inquit, quia non jejunavimus. Quod Ambro. in Pasch. his confirmans: Iejunium, inquit, reconciliationis sacrificium est. Eliá & jejunio c. 9.

In cibis Ninivitis res clarissima. Ninive urbs integris, amplissima, trium dierum iter complexa, si urbem & suburbia commensu ad extremum ab extremo dies uerbi linea ducamus. Urbs ergo ista in directo milliarium complexa seu letearum erat viginti. Nam, ut Ptolemæus & Strabo afferunt, major & Babylonæ, & civitatibus ceteris omnibus fuit. Nihil hîc fidem superat, si muros urbis Sic & Romæ, quos Aurelianus ampliavit, metiamur. Quinque Quinque Tartarorum tridui continent iter, & amurbs Tarplus. Hebreus Prophetæ Ionas Ninivem ingressus tarorum. obvium plebem terrere cepit his vocibus: Adhuc qua Ione c. 3. draginta dies, & Ninive subverteretur, nî subversionem v. 4. & 5. istam prævertat pœnitentia. Et crediderunt viri Ninive, & predixerunt jejunium. Censebat Chrysostomus rigidum hoc jejunium tribus diebus ac noctibus du-

fasse; ita quidem ut toto hoc tempore nec homines nec pecudes quidquam cibi aut potius libarent, adeò ut etiam infantibus in cunis hoc triduo fuerit lacte abstinentum. Triduanā inediā toleratā jejunium quadrangintadiale cepit, Chrysostomi sensu, quo quidem tempore vesperi dimitata panis aliquid cum aqua in alimentum admittebatur vitæ solū restabat. Et videt Deus opera eorum, & iusserit eis super malitiam quam fecerunt sicut erat, ut faceret eis & non fecit. Ninivitæ libidinum & gula flagitiis, aliisque magnæ varieratis sceleribus Deum gravissimè læserunt, & ad iram justissimam provocarunt: Gladium Deus atripiuit puniturus sceleras; at ubi civitas omnis tam feriojejunare coepit, gladium Deus vaginæ reddidit. Tanti est penitentia jejunii stabilita. Ionas ipse mirabatur, tot tantaque flagitia tam citid condonari. Iejunium oratione potentissimum, quidquid vult persuaderet; jejunium, certe veniam tam celere dāndam Deo persuasit.

§. III.

Narrat scriptor illustrissimus Cæsar Baronius, anno à Virginis partu millesimo centesimo viceclimo quartu, Christianos in Palæstinā cinctos à Saracenis. Ninivitarum exemplo jejunium nemini detrectandum indixisse, adeò ut infantibus exām & pecoribus alimonia fuerit subtracta. Ita victoriam obtinuerunt incredibilem. Nam tria millia Christianorum, præcente crucis labaro, contra Saracenorum quadragesima millia progressi sunt ad confitum. Nec auxilium ex alto defuit. Nam caelitus spendor sic exterruit hostes, ut catervatum fugerent. In fugâ septem millia hostium cœsi, quisque quinque millia subversi. Illæsi ac sospites Christiani omnes redierunt. Iejuniū pugnavit; jejunium vicit. Optimè dixit Ambrofius: Nullum tam gravius delictum est, quod non purgetur abſentia, elemosynis extinguitur.

Rex Achab scelere non uno insignis, demum resipiens, operauit ciliō carnem suam, jejunavitque. Quo quidem penitentia cultu id effecit, ut Deus sibimet velut gratulator non sine Achabi encōmio dixerit ad Eliam: Nōnne vidisti humiliatiōnē Achab coram me? Igitar non inducam malum in diebus ejus. Acceptissima pro peccatis satisfactio jejunium, & gratissimum reconciliandō Numini sacrificium.

Et nōnne ab omni ævo damnata crapula, tempestantia laudata; illa ut malorum propè omnium causa, hæc verò ut optima offensio. Numinis placatio? Crapula deliciū contaminat, jugulat, ad inferos præcipitat, sedis populus manducare & libere, & surrexētū lūdere. De impuro lufu & inveterando sermo est. Idcirco adjungitur codem loci: Cecidētūque in die illa quasi triginta milia hominum. Nimirum incrassatus est dilectus, & recalcitravit; incrassatus, impenitus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo fiduciā suo. Oblivio Dei imputanda crapula. Nōnne nancet etiamnum se pulchra concupiscentia, ubi sepultus est populus carnis avidus? Nōnne pro foribus ædium senex Heli eliditur in aote ipsius filii cadunt, in partu nurus expirat? Meruerat hoc dominus sacrificiorum carnalium defraudatrix, gula dedita. Nōnne propheta temere paſsus, jejunii delicti poenam dedit leoni? Nōnne apud inferos in divite convivia cruciantur, in paupertate Abraham simum premente jejunia recreantur? Nōnne Anna conjux Elcanæ prophetam post jejunium & precies impetrat? Nōnne Daniel post jejunium triduanum Babylonio regi somnium explicat? Quis præstans jejunantem in foreā Danieli per Angelum patrata nesciat? Nōnne leguminibus & aqua pasti tres principes Hebrei Babylonias fornaces rident intacti? Nōnne Centurionis jejunantis precies audita? Nōnne Iosue precibus & jejunis hostes debellat? Nōnne re-

A g̃ Ezechiae cilicia & jejunia Deum ipsi misericordia cœliarunt, & omnes hostium cuneos quantumcumque numerosos profigarunt? Ie, unum expiatio noxa, rum, & gratum superius sacrificium.

CAP V T X.

Iejunium presenti hominis statui convergentissimum.

VSITATVM p̄fīscis effatum fuit: Sapientis vi-
clus faciūs. Nam natura tam contenta est modico, ut non nemo fatetur, imò etiam inebrietur, sumo tamquam meraco vino. Quod testatur metrum:

Natura plebs titubat, credas mera vina bibisse,

Quodque bībit, Tabaci nil nisi sumus erat.

Chameleon aurā p̄ficitur, cicadæ rōre viſitant, hi-
Diffrīcti
bundines vermiculis & culicibus nutriuntur, Gangis
hanc bifida
accōle odore pomi vivere dicuntur. Natura paucis,
lam opīdū
paucissimis contenta. Et hoc in bonum hominis misericordia conductit. Cum enim in vitâ hac, penuria, pauper-
tā, indigentia, inedia ubique sint obvia, potest etiam
pauperrimus quisque id annone sibi conveheſe, quo in usū
dixit illud
certe vitam tueatur. Natura paucissimis contenta. Nec
dixit
enim famis ambitioſa est, facile parabilem cibum non
spēdit; obviis delectatur.

Diximus abstinentiam & jejunium valetudini plurimum conductere, cibi & somni condimentum, pecunia & famæ augmentum, spiritualium exercitationum adjuvamentum, noxarum antidotum esse. Nunc porr̄imus ostensi Iejunium huic nostro mortali-
tatis statui esse convenientissimum.

§. I.

Cvoluſsemus in paradiſo esse frugi, manus à furti vo pomo temperare, noster vivendi status fuſlet omni voluptatum genere abundare. Sæpius hoc cogitandum, ut tantè ē. Alius in notitiam cœli deducamur. Nunc verò diuturni à paradiſo exules sumus, vita omnis conſecranda est penitentia, pro floribus naſcuntur spine, lolio pafcimur. Heu miserabile lactuca! Atqui hunc penitentia statum nihil magis ad- tuī possit decet quām temperantia & jejunium. Cum Saulis tentat. Hebrei regis subditū dominum. Cum tumulo mandarent, diebus septem jejunarunt. Lugere & jejunare cognata sunt.

Iudæos in Babyloniā captivos hortabantur incole: Hymnum cantate nobis de canicis Sion. Iudæi contra: Quo- Psal. 37.
modo, inquit, cantabimus canticum Domini in terra aliena? Cantent ii, qui etiamnum habitant Hierosolyma; os nostrum non responderet fistula; animus ærumnis perditus odit & arcit letitiam. Ita nos planè qui paradiſo cœcti miserè vagamur in exilio, ignari (quod D misericordium) num in paradisum sumus redituri. Ita hoc quidem tempore deliciis indulgere, symposiis inter- fece, conviviis vacare, alienum prorsus est à lucu hujus temporis. Voluptas in exilio, monstrum. Delicia in fletu, paradoxum. Penitentiam, lacrymas, abstinen- tiam hic rerum status sibi depositit. In horris Elysiis suavissimæ sonabant voces: Ex omni ligno paradiſi come- de. Sed brevi secutum est fulmen: Comeades herbastere. Ibidem, v. 16.
In sudore vultus tuus vesceris pane tuo, donec revertaris inter- v. 16.
ram, de quā sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem rever- tēris. Esurialis cibus, oléra & herbae.

Ideo illi qui super eos luculentos, culinas plena- menas, mentis opimas, ventrem infarrum habent, iure merito interrogandi sunt: Heus vos, o boni, num faciatis, quā in regione, quo in statu, quibus in studiis verser- min? Etiamnum amoenissima tempe vos incolare putatis? Fuitis in paradiſo, non cœcis amplius; nunc eremum habitatis & horridam solitudinem.

Mina-